33 Bl.

31

Hierinnen seyn die speciellen pièces die thornischen Händel betreffend.

1. Königl. pohlnisches Schreiben an den Czar, 1719.

2. Russiae Imperatoris Litterae ad Regem Poloniae, 1722

3. Constitution des in Warschau anno 1724 angefangenen Reichs-Tag 1725.

4. Königl. preussisches Schreiben an die Könige von Pohlen, Gross Brittannien, Dannemarc und Schweden in thornischer Sache, 1724.

5. des Königs in preussen ander-
weitiges Schreiben an den
König in Pohlen und Kön. Dän. ~~1725~~
und Schw. in der Thornischen Sache
1725.

6. Königl. Dänisches Schreiben an
den König in Pohlen, wegen
der Thornischen Sache, 1724.

7. Zweyer Königl. Schwedischen Schreiben
an den Kayser in dieser Sache,
1725.

8. Thornische Denckwürdigkeiten,
Berlin, 1726.

9. Brief aus preussen an
einen Freund in teutschland
wegen der Thornischen Sache.
1725.

10. Bericht von der pohlnischen
Sententz und Execution in
der Thornischen Sache. 1724.

11. Rösener's (Joh. Gottfr.) Grabschrift,
1725

12. Rösseners trostrede aus der heiligen Schrift, an die bedrängten Glaubens genossen 1725.

13. Verse auf Rösseners tod, 1725.

14. S. P. L. der entlarvte jesuit, 1725.

15. H. Finch, des Englischen gesandten an den König in pohlen rede 1725.

16. Antilojola s. Consil. Euseb. Beschreibung des jesuiter ordens, 1725.

17. Litteræ et scripta in quibus continentur Gravamina et Responsiones Respublicæ Poloniæ contra Regem Borussiæ, 1725.

18. Aulæ Berolinensis Responsio ad Gravamina R. P. Poloniæ, 1726.

19. des Primatis in Pohlen Uni: verfahren wegen Absterben Königs Augusti II. Breslau 1733.

20 Seconde Lettre d'un Hollandois a un Ami Prussien, ~~MS~~.

21 Epistola de prospera Electione Regis Poloniæ, 1733.

22 falsitas Narrationis de Electione Stanislai et Augusti III, 1734

23 Veræ Rationes quæ dederunt motivum ad disprobandam Electionem Stanislai in Regem Poloniæ, 1734.

24 Pacta conventa entre la Republique de Pologne et frederic August Duc de Saxe, 1733.

25 Motifs des Resolutions du Roy de Pologne et a Reponce a Vienne, 1733.

26 reponce du Comte de Golowkin au Grand Vizir, au Sujet des affaires de Pologne, a Varsovie, 1734.

27 Capitulation zwischen der Vestung Weichsel-munde und der Russischen und Sächsischen Generalitè, 1734.

28 Bericht wegen der von denen pohlen verlohrnen Völckern, welche,
1735.

29 Resultat de la Confoederation de Pologne, 1735.

30. Manifestatio Confoederatae Reipublicae Poloniae patriae insinuata, 1735. cum replicatione,

31 Continuation der Warschauer Confoederation 1735.

TOTIUS RUSSIÆ IMPERATORIS ATQ; AUTOCRATORIS, PETRI Imi,

Ad

Regem Serenissimamq; Poloniæ Rempublicam

SCRIPTÆ LITTERÆ,

de Juribus & Libertatibus Disunitorum, quos vocant, in Polonia sartis tectisq; conservandis.

(1722)

P.P.

Vræ. Sræ. Ræ. Mti. eſt bene notum, quomodo in Tractatibus æternæ pacis inter nos, Coronam & Rempublicam Polonam, Anno 1686. articulo 9. ſtatutum eſt de Spiritualibus & Secularibus Ritus Græco-Ruſſiaci hominibus degentibus in Regno Poloniæ & M. D. L. & præſertim, quod Eccleſiis Dei & Epiſcopatibus Luceorienſi, Halicenſi, Præmiſslienſi, Leopolienſi, Albæq; Ruſſiæ, cumq; illis, Monaſteriis Minſcenſi, Polocenſi, Orvanenſi aliisq; Jhumeniis id eſt ſuperioratibus, in quibus reperiebatur olim & nunc exercitium Orthodoxæ Græcæ fidei & omnibus ibi habitantibus hominibus in Regno Poloniæ & M. D. L., qui retinuerunt hanc fidem, nulla perſecutio & ad fidem Romanam Unionemque coactio facienda eſſet, fieriq; deberet, ſed juxta antiqua jura in omnibus libertatibus & immunitatibus conſervandi eſſent; Aſt poſt concluſam prædictam æternam pacem tam in Regno, quam in M, D. L magna & gra-

vis facta eſt perſecutio prædictis Ritus Græco-Ruſſiaci Diœceſibus, Monaſteriis & Eccleſiis, in iisq;, quotquot reperiebantur, Spiritualibus perſonis, ſimiliter & ſecularibus ejusdem ritus, hominibus fiebat, & non ſolum Eccleſiæ & Monaſteria, ſed & integri Epiſcopatus per vim & violentiam & magna compulſione ad unionem converſi, & tantum de quinq; Epiſcopatibus, Unus Epiſcopus Ruſſiæ Albæ, Mohilowviæ, Princeps Cretwertinenſis remanſit, hicq; Epiſcopatus Albæ Ruſſiæ in magna Perſecutione & quaſi in vinculis à Catholicis & unitis adſtrictus invenitur. Et quamvis de hoc V. S. R. Mti tam literis denuntiationis noſtris, quam etiam & per Miniſtros noſtros propoſitiones faciebamus, rogando amicabiliter, V. S. R. Mtem, quatenus, juxta tractatus æternæ pacis, hominibus ſpiritualibus & ſecularibus ritus Græco-Ruſſiaci in Regno & M. D. L. perſecutiones fieri prohiberentur, Nos tamen denuo tempore præſentiæ in aula noſtra anno 1720. V. R. S. Mtis & Reip. Extraordinarii & plenipotentiarii Legati Magnif. Dn. Chomentowski, Palatini Mazovienſis, mandavimus Albæ Ruſſiæ in eaque Monaſteriis & Archimandritis Vilnenſium, per Miniſtros noſtros, præfato M. Dno. in Scripto communicare, & ſpecificare Perſecutiones & injurias, quas Ritus Græco-Ruſſiaci Spiritualibus & Secularibus hominibus, in Diœceſibus, Monaſteriis Eccleſiisque intulerunt, ſinendo hoc, quidquid in antiquis temporibus factum fuerat, hoc ſolum expreſſo, quod cum illis non pridem factum ſitque huc usque in Regno & M. D. L. in eadem continuatione, atq; ut tam omnes iſtas injurias, quarum Nos bene gnari, quam etiam Deſideria noſtra ad V. S. R. Mtem, cum omnibus circumſtantiis, ac ſecundum ſuam juſtitiam expreſ-

ſis

ſis, deferre velit : Inſuper prædicto Legato V. S. R. Mtis data fuit informatio adhuc, quales magnæ injuriæ illatæ ſubditis noſtris in urbibus & locis limitaneis ab incolis Regni & M. D. L. in variis locis & Civitatibus, quod eſt contrarium Tractatibus æternæ pacis. Cum igitur præfatus Legatus talia propoſuiſſet de injuriis incolarum Regni à Subditis noſtris illatis, ideo ex ordinatione noſtra, Miniſtri noſtri cum præfato Legato tunc temporis in Conferentiis concordarunt pro inquiſitione ſpecificandarum injuriarum & ſatisfactione earundem aſſignanda, ab utraque parte Commiſſariis pro tribus locis, ſcilicet à parte Kyoviæ, Smolenskiæ & Pſcoviæ, traditis amplis & ſufficientibus inſtructionibus : de quo haud dubitamus nominatum extraordinarium & Plenipotentiarium Legatum Veſtrum S. R. Mtis, poſt reditum ſuum, in Poloniam retuliſſe id V. R. Mti & Reip. Quapropter exſpectavimus, nos hac in re a V. S. R. M. deſideratam & propenſam ſatisfactionem obtenturos, aſt cum magna admiratione noſtra, non ſolum nihil ſubſecutum eſt in hoc, ſed, eò magis adacti ſumus, non cum exiguo noſtro dolore & cordolio audire, juxta relationem ex Regno & M. D. L., quales ibi ſpiritualibus & ſecularibus hominibus ritus Græco-Ruſſiaci, quamque magnæ & intolerabiles extraordinariæ perſecutiones, injuriæ & Coactiones ad unionem emergant. Et jam non tantum præteritis annis, verum etiam moderno anno 1722. multa Monaſteria & Eccleſiæ ad iſtam Unionem per vim violentiamque erepta : Inſuper patiuntur præfati homines ritus Græco-Ruſſiaci non ſolum ſeculares, ſed etiam & ſpirituales inſignesque perſonæ à Catholicis & Unitis, intolerabiles contuſiones, tormenta, verberationes & vul-

nera, à quibus & Epiſcopus Albæ Ruſſiæ, Princeps Cretwertinski non eſt exceptus. Contra iſtum in diſtrictu Organenſi unus Nobilis nomine Petrus Swiacki, cum quo dum prædictus Epiſcopus ageret & opponeret ſe pro quodam Sacerdote Ritus Græco-Ruſſiaci, quem iſte Swiacki cogendo ad Unionem baculis verberabat, ſine ullo reſpectu inſurrexit & duabus vicibus cædendo manum intulit. In his atque aliis perpetratis exceſſibus referimus Nos ad amplum Principis Sergei Dolgoruki relationem, qui a nobis habet Ordinationem referendi V. S. R. M. exprimendique aggravationes non ſolum ſpiritualium, verum etiam & injurias ſubditis noſtris per incolas Regni & M. D. L. illatas, quæ injuriæ non ſolum huc usque non ceſſant, ſed ultro magis & magis innovantur, & ideo ſubditi noſtri in Limitibus habitantes magnæ ſubſunt ruinæ: Quapropter fraterné & amicabiliter rogamus V. S. R. Mtem, ut V. S. R. Mtas imperare dignetur, vi concluſorum inter nos Vramq; S. R. M. & Remp. æternæ pacis Tractatuum, omnium injuriarum ergo, hominibus, tam Ritûs Græco-Ruſſiaci in Regno & M. D. L. Spiritualibus & Secularibus, quam etiam & ſubditis noſtris in limitibus habitantibus debitam ſatisfactionis præſtationem: Atque, ut in futurum ſine aggravatione libere habitare poſſint, nullamque impeditionem in exercitioritus Græco-Ruſſiaci habeant, dare omnem ſecuritatem & protectionem velit: Perſecutores vero illorum, vi Tractatuum æternæ pacis, ab his inſectationibus ut ſuperſedeant, dignetur V. S. R. Majeſtas compeſcere. Eoque magis, cum Nos, quamvis illo Tractatu ad hoc non obligamur, tamen in Dominiis Imperii Noſtri, hominibus Religionis Romanæ

non

non ſolum liberum exercitium concedamus, ſed etiam Eccleſiam exſtruere, ac juxta ritum & mores ſuos, devotiones peragere: Maxime vero ut & iſtæ perſecutiones & injuriæ, quæ inferri ſolent in Regno Poloniæ & M. D. L. ſpiritualibus & ſecularibus hominibus ritus Græco-Ruſſiaci, ſimiliter injuriæ & incontentationes ſubditis noſtris illatæ itemque diſcordiæ & differentiæ ab utrinque tandem aliquando tranquillari queant. Alius melior & juſtior modus ad hoc inveniri non poteſt, niſi hic, quando V. S. R. Mtas pro documentali informatione prædictarum injuriarum & præſtatione in hoc ſatisfactionis, ac reſtitutione per vim ereptorum Epiſcopatuum, Monaſteriorum & Eccleſiarum, celerem in hunc finem aſſignare dignabitur commiſſionem, cum quibus ut & noſtri Commiſſarii præſentes eſſe poſſint, propter certiorem de omnibus his relationem & inquiſitionem, obtinendamq; juxta tractatus perpetuæ pacis improrogabilem & actualem ſatisfactionem. Quapropter modò jam aſſignatus eſt à nobis Commiſſarius Gen. Ignatius Rudakowski & cum eo Unus Religioſus, quibus mandavimus habitare Mohiloviæ ac de iſtis violentiis, hominibus ritus Græco-Ruſſiaci irrogatis documentalem obtinere informationem & vi æternæ tractatuum pacis in Aula V. S. R. M. facere propoſitiones, Rogandoque ut V. S. R. M. jura illorum & privilegia fovere & protegere dignetur. Similiter & alii Commiſſarii à parte noſtra propter documentalem demonſtrationem Injuriarum ſubditis noſtris illatarum, poſtquam acceperimus notitiam aſſignatorum ad hoc Commiſſariorum V. S. R. M., eò inſtantiſſime aſſignabuntur & ad limites delegabuntur. Sin ſecus, præter ſpem, ad noſtrum deſiderium & petitionem ſatisfactio

vi

vi prædictorum æternæ Tractatuum pacis ſubſequutura non eſſet, tunc cogemur in his expresſis magnis injuriis, hominibus Ritus Græco-Rusſiaci, ſimiliter & ſubditis noſtris illatis, de iſtis particularibus perſonis, quæ illis tales perſecutiones & aggravationes contra Conſtitutionem æternæ Tractatuum pacis inferre audent, per Nosmet ipſos quærere ſatisfactionem. In reliquo optamus V. S. R. Mti, ab omnipotenti Deo bonam & incolumen Valetudinem ac proſperum Dominium. Datum in Moſcovia, Die ſecundum vetus Calendarium, 2. May, Anno Domini 1722. Dominii noſtri 41. Anno.

V. S. R. Mtis

fidelis Frater, Amicus & Vicinus,

PETRUS.

Comes à Golloſkin.

ad 1966